

VOM KALENDER AVENTINS.

In dem *Kloster Neustift bei Freising* wurde ein *Kalender* aufbewahrt, der seinerzeit das Eigentum *Aventin's* gewesen und von ihm benutzt worden war, um allerlei Notizen, Nachrichten von Begebenheiten seiner Zeit und auch seine Familie Betreffendes darin einzutragen. Seit der Aufhebung des Stiftes und der Acquisition dieses kostbaren Dokumentes für die königl. Hof- und Zentralbibliothek zu München i. J. 1803 ist dasselbe jedoch spurlos verschwunden! — Glücklicherweise hat *Westenrieder* seinerzeit von diesen « Aufzeichnungen » eine Abschrift genommen und sie dem Pfarrer *Anton Nagel* zu Rohr, einem gelehrten Geschichtkundigen, i. J. 1797 zur Vergleichung mit dem Original mitgeteilt. Dieses einzige noch übrige Aktenstück zur Biographie *Aventins* kam zuletzt in die Hände des wackern *Exbenediktiners* *G. M. Gandershofer*, der es endlich in den sachenreichen « Verhandlungen des historischen Verreins für den Regenkreis » (III. Jahrgang 1836) abdrucken liess und es so in der zetzigen, wenn auch mangelhaften Gestalt für die Nachwelt rettete und nutzbar machte, denn leider ist nicht das Ganze kopiert oder abgedruckt, sondern nur die von *Aventin* eingetragenen Notizen, welche nun, aus ihrer ursprünglichen Stelle gerückt, ein buntes Durcheinander bilden und dadurch zum Teil unverständlich und unerklärbar geworden sind. Zudem waren, wie *Gandershofer* sagt, « *Westenrieder* und *Nagel* nicht immer so glücklich, *Aventins* häufig unleserliche Hand zu entziffern, deswegen manche zweifelhafte Stelle auch hier unenträtselt, manche Lücke unausgefüllt bleiben musste. »

(Aus : Pfeilschifter, *Bayerischer Plutarch*, Aschaffenburg 1861, S. 35 f.)

Buchausgabe der *Frigisinga* p. 534 f. 1926.

* * *

DAS TESTAMENT DES ABTES GODEFRID
OLENIUS VON OBROWITZ (1650-82) -:-

Im Jahr 1200 stiftete der Mährische Adelige *Leo von Klobouk* in *Obrowitz* (*Zabrdovice*) bei *Brünn* ein Prämonstratenstift, welches von *Strahov* aus besiedelt wurde. Bei der Weihe der Kirche

1211 war die hl. Elisabeth als vierjähriges Kind zugegen, als sie gerade von Ungarn nach Thüringen gebracht wurde um dort mit ihrem zukünftigen Gemahl erzogen zu werden.

Der 31. Abt dieses nicht unbedeutenden Klosters war Gottfried Olenius.

Von Natur aus ein Freund ernster Studien, wurde er 1641 von seinem Abt Benedikt Waltenberger nach Neureisch geschickt, um dort an der Spitze von 6 Chorherren das aussterbende Frauenkloster in eine Abtei umzuschaffen. Er erwarb sich dort solche Verdienste, das er 1650 selbst zum Abt von Obrowitz erwählt wurde. Er richtete im Kloster ein Hausstudium ein und war selbst auch wissenschaftlich tätig. Sein grösstes Verdienst ist aber unstreitig der Neubau der prächtigen Klosterkirche 1661-69. Die Kosten für den stattlichen doppeltürmigen Bau, der heute als Pfarrkirche dient, betrugen nur 24.000 Gulden. Abt Godefried liess darin ein prächtiges Denkmal für die Stifterfamilie errichten. Sehr viel tat er auch für den zum Kloster gehörigen Wallfahrtsort Kiriten. Er starb 1682. Sein Testament findet sich in den *Annales Monasterii Chotiesoviensis* III Bd. Diese *Annales*, 6 grosse Foliobände (1-4 geschrieben von Hugo Zickler O. Praem., 5 ist verloren, 6 u. 7 von Candidus Weiss O. Praem.) kamen nach der Aufhebung von Chotieschau in die Universitätsbibliothek Prag unter der Signatur XV A 3.

Ultima voluntas abbatis Zabrdovicensis Godefridi Olenii † 14 Nov. 1682.

Cum semper hactenus sollicitus pavidusque fuerim de morte mea certissima et hora incertissima, quia hinc citabor ad tremendum tribunal iustissimo sistendus indici ad reddendas pro me mihique commissis animabus rationes, eapropter praevenire volens momentum illud, a quo pendet mea aeternitas, migrationis meae, scriptum istud ultimae seriaeque voluntatis et petitionis a venerabili conventu praemature deliberato beneque ponderato animo iam pridem in chartam praesentem congestum ad cistam communitatis A. 1679 die 23 Decembris servandum deposui, ut, quam primum mortuus fuero, statim toto conventu capitulariter congregato publice legatur,

Literatur über Olenius: Cermak: *Premonstrati v Cechách a na morave* (Prag 1877 p. 437-58 — Goovaerts I 637 — Hugo II col. 1181 — Lienhardt *Spir. Lit.* p. 440.

rogans et obtestans per Deum eiusque sanctissimam matrem et s. nostrum Patrem Norbertum omnes et singulos praesentes et absentes, ut ea, quae hic instantissime peto, plene et integre, prout stant et scripta sunt, charitativeque, nemine contradicente, nihil omit-tendo vel immutando adimpleant et hanc ultimam gratiam frater-numque affectum miserae peccatricique animae meae in solatium et refrigerium praestent; secus facturi et me merito privabunt et a se benedictionem Dei abalienabunt.

Ante omnia instantissime peto cum s. Monica curam sepulturae meae nullam habeant. Obsecro saltem ad altare Dei sint memores mei et quae sunt de consuetudine sacri ordinis, in solatium et re-frigerium peccatricis animae meae, quam citius fieri poterit, peragant. Corpus non abluant nec denudent sed simplici vetere habitu cum religiosorum fratrum capucio indutum mox ad tumbam depo-situm hominibus nullatenus spectandum in capitulo vel ubi superio-ribus visum fuerit, usque ad diem depositionis vel sepulturae depo-nant. In conductu nihil aliud fiat quam quod ordinarius Praem. praescribit quodve aliis fratribus fieri solet. Circa feretrum non plures quam quinque candelae in honorem quinque vulnerum Christi vel ad summum septem in honorem septem effusionum sanguinis eiusdem accendantur. Concio funebris nulla fiat. Insignia et alia huiusmodi, quae refrigerio nihil prosunt, nulla prorsus feretro af-figantur sed fiant, obsecro, omnia in summa simplicitate ut in se-pulturis etiam fratrum minimorum fieri solent. Praeveniant tem-pestive P. Praesidem maioris congregationis Brunensis, ne mihi ullum honorem in exequiis deferant, nihilominus precibus almae congregationis me commendent.

Pulsus campanarum nonnisi nostrae abbatialis ecclesiae fiat; in civitate Brunensi nullus petatur, eo minus cum expensis et damno monasterii conducatur.

Si religiosi rogati vel invitati ad refrigerium peccatricis animae meae celebraverint, omnibus ac singulis maximas gratias habeo et rogo placeat ipsis eleemosynam iuxta quod Rev. P. Priori et verab. conventui fuerit visum, pro facultatibus monasterii elargiri.

Peto sepeliri cum corona Christi, quia in vita mihi cara fuit. Desidero ut etiam mortuo iungatur. Crux hispanica deponatur, quia indulgentiae numismatis s. Thomae expirant. Si placet, potest con-sepeliri. In communi crypta, etiamsi indignissimus sum peccator maximus, iuxta fratres sepeliar. Hoc unice iterato ago oroque; ad altare Dei et in precibus sint fratres memores mei.

Si visum fuerit placueritque animae meae vel ipso die exequiarum

vel alio opportuno pauperes convocare et aliquam eleemosynam cibi potusque vel etiam, si facultates monasterii admiserint, modicum nummum elargiri, Deo placitum erit mihiq[ue] in solatium cedit. Nolo hic quidquam disponere, ne proprietatis vitio minimam occasionem dedisse videar.

Haec quae peto, confido, de affectu et caritate ven. conventus animae meae per merita Christi prodesse possunt.

Quaeso ut nihil eorum omittatur muteturve. Vixi indignissimus praelatus pluribus annis. O utinam melius vobis praeuissem et monasterio huic profuissem. Ignoscant, obsecro, fratres, quod plures tam verbis offenderim quam exemplis scandalizaverim. Scripsi haec praemeditate, considerate, bona et recta intentione A. D. 1672 die nona Junii feria quinta Pentecostes, ipsa die anniversaria electionis meae A. 22 praelaturae meae manu propria. Natus sum A. 1613 in ipso festo nativitatis B. M. V. Religionem sum ingressus 1633 in festo transfigurationis Di. Feci professionem in festo s. Thomae, A. 1640 in festo s. Johannis Baptistae habui primitias. In festo ss. Trinitatis 1641 factus sum Neoreischii recenter introducti conventus e nostro monasterio septem religiosis missis primum Praeses, deinde Prior. A. 1643 revocatus sum Zabrdovicium, impositum est mihi officium Prioris. A. 1650 feria quinta Pentecostes 9 Junii electus sum praeter mea merita indignissimus in monasterii huius abbatem. Per Suecos ante quinquennium combusto monasterio, ruinatis bonis tribulationem et dolorem inveni. Si quid interim boni pro exigente necessitate monasterii sum operatus, cedat ad gloriam Dei. Si quid minus factum, ignoscat Deus et non male accipiat Rmus D. successor et ven. conventus.

Solo Deo et gloria, mihi vero confusio et ignominia.

Bas. GRASSL, O. Praem.

* * *

A PROPOS DU CHEF DE LA BIENHEUREUSE GERTRUDE, MONIALE NORBERTINE († 1297).

Des recherches, entreprises récemment dans les Archives de la collégiale des Saints Michel et Gudule à Bruxelles, en vue d'établir l'authenticité d'une Relique reposant au trésor de cette église, ont permis d'exhumer une série très nombreuse d'attestations de Reliques en provenance de la mortuaire de l'Archiduchesse Isabelle, souveraine puis gouvernante des Pays-Bas au XVIIe siècle.